UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# Ioannis|| Climaci Ab-||batis Montis|| Synai,|| Scala Paradisi

**Johannes <Climacus>**

**Coloniae, 1583**

**VD16 J 520**

Vita Isidori monachi Melitinensis, alterumq[ue] miraculum circa sanctißima[m] Eucharistiam. Capvt. XXX.

Nutzungsbedingungen

urn:nbn:de:hbz:466:1-55433

Visual Library

lo, vt partem sibi mitteret cõmunionis suæ. Qui gaudio elatus, quòd quasi illum seduxisset, protinus misit nihil hæsitans. Suscipiens itaque Catholicus missam sibi ab hæretico Seueriani sectatore particulam, in feruentem, ollã iniecit, moxque resoluta est. Sumptam quoq; Catholicæ Ecclesiæ sanctam [2] communionem in eam coniecit. Statimque feruens olla refrigerata est, & sancta communio permansit integra, neque madefacta est. Quam & diligenter seruauit, & ostendit nobis cùm ad illum venissemus.

1 *Stylitæ. i. in columnis stantes vel habitantes*

2 *Hæc miracula arguũt præsentiã corporis in Eucharistia*

*Vita Isidori monachi Melitinensis, alterumq; miraculum circa sanctißimã Eucharistiam.*

## CAPVT. XXX.

DADE Cypri emporium est. In eo monasteriũ est, quod dicitur Philoxeme. Ad id cùm venissemus, inuenim⁹ ibi monachũ genere Melitinensem, Isidorum nomine. Hunc vidimus sine vlla intermissione cum eiulatu flẽtẽ. Cùm autẽ rogaretur ab omnib⁹, vt aliquantulũ quiesceret, & à fletu tẽperaret, nulli penitus acquiescebat, dicẽs omnib⁹: Nimiũ peccator sũ vltra oẽs, qui ab initio seculi fuerunt. Cùm autẽ illi diceremus: Nullus certè sine peccato est, nisi vnus Deus: respondebat dicẽs: Veraciter fratres, nullũ inueni inter homines similem mihi peccatorem, nullumque maius delictum, quàm meum. Et vt cognoscatis, me vera prosequi, audite peccatum meum, vt & vos oretis pro me. Ego cũ essem in seculo, vxorem habui. Eramus autem ambo Seueriani dogmatis. Cùm ergo die quadam venissẽ domum, non inueni vxorem meam. Audiui autem,

quòd

quòd abijſſet ad vicinam mulierem, vt illi communicaret (erat autem illa catholicæ religionis, & fidei) cucurriq; protinus volens prohibere. Profectus autem domum, inueni illam iam communicaſſe. Quare indignatione concitatus, apprehendi guttur eius, fecique illam euomere ſacrã communionem. Sumptam deinde particulam ſancti huc, illucque iactabam, donec in lutum cecidit. Mox autem vidi [1] coruſcationem in eodem loco ſanctam aſſumpſiſſe communionem. Poſt biduũ vero aſpicio virum quaſi Ethiopem, ſemicinctio veſtitum, dicentemque mihi: Ego, & tu ſimul in vnum ſupplicium condemnati ſumus. Et ego ad eum; Tu, inquam, quis es? Reſpõdit: Ego ſum, qui conditorem omnium Dominum Ieſum Chriſtũ in maxilla percuſſi paſſionis tempore, atque ea de cauſa à fletu temperare non poſſum.

1 *Et hic in ſacra Euchariſtia demonſtratur, quàm rectè agant hæreticorum communionem fugientes, Eccleſiæque catholicæ communicantes.*

## *Conuerſio, & vita Mariæ meretricis.*
## CAPVT. XXXI.

DVO ſenes abierunt ab Aegis in Thaſum, venientesq; in ſtabulũ, vt requieſcerẽt (erat enim æſtus) per diſpenſationẽ Dei inuenerunt in ſtabulo tres adoleſcentes habentes ſecũ vnam meretricẽ. Senes ergo ſeorsũ ſederunt, vnusque ex eis accipiẽs ſanctum Euangelium legebat. Meretrix verò, quæ erat cũ adoleſcentibus, vt vidit legẽtem ſenem, relictis illis, acceſſit ad ſenem, ſeditque iuxta illum. Senex autem illam reijciens dixit: Multum, ô infelix, impudens es, quæ veritanon fuiſti accedere ad nos, ac ſedere. At illa: Ne, q̃ſo, pater, ne abomineris me, neq; abijcias. Etſi, n. omni peccato plena ſum, nõ tamen repulit venientem